




# **Adversus furiosum Parisiensium theologastrorum decretum Philippi Melan, pro Luthero apologia.**

<https://hdl.handle.net/1874/353222>

*vid. de Helke II. 16.*

ADVERSVS  
FVRIOSVM  
PARISIENSIVM THEOLOGA-  
STORVM DECRETVM  
PHILIPPI MELAN,  
PRO LVTHERO  
APOLOGIA



*MA 3513*

ADVERSUS  
 FRANCIS  
 FRANCIS  
 FRANCIS  
 FRANCIS  
 FRANCIS

ADVERSVM FVRIOSVM PARI-

siensium Theologastrorum decretum,

Philip, Mel, pro Luthero Apologia,



IDE Christiane lector, quæ Theologorū mon-  
stra gignit Europa: Superiore anno Euangeliū  
damnarunt Colonienſes ac Louanienſes Sophi-  
stæ, propositis quibūdā nudis sententijs, nec rati-  
onibus, nec scriptura cōfirmatis, Horum infan-

am vicere nunc non dissimili exemplo, quicumq; tandē sunt  
qui Parisij Lutherum damnarunt (adduci enim nō possum  
vt credam rem cōmunibus totius ordinis theologicici suffra-  
gij actam esse), Nam præterquā quod illic pauciora repro-  
bata sunt, quanto durius hic & immitius tractatur Lutherus?  
Primū adscripta est Epistola cruenta, deinde adiectæ sunt ad-  
notationes in singulas Lutheri sententias, & impie & atro-  
ces, pleraq; huius etiam sinistre de terra sunt, Et vel hinc etiā  
potest colligi, qui spiritus, quæ in tēperatā agant decreti aucto-  
res, quando spiritus dei nihil non faciat candide, In vniuer-  
sum eiusmodi liber est, qualē Lutetiæ scribi posse nemo faci-  
le crederet, siquidē ita vulgo persuasum est, in ea schola, velut  
in arce quadam regnare Christianas literas, Neq; negari po-  
test, inde prodisse olim grauissimos homines, adeoq; proxi-  
mo seculo Gersonem illū, plenum, vt adparet Christiani spi-  
ritus, Sed iuxta prouerbiū, veteres aliqui erāt fortes Milesij,  
Atq; illi si nūc reuiuiscerent hos iudices, quicūq; sunt, dege-  
nerem posteritatē, putas, agnoscerent: Nequaquā, sed de plo-  
rarent tū scholæ, tum totius reipub, Christianæ sortē in qua  
pro Theologis Sophistas, pro Christianis doctoribus calū-  
niatores regnare viderent, Agnoscerentq; id esse temp<sup>9</sup> qd  
apud Hieremiam Ecclesia deplorat his verbis, Abstulit oēs  
magnificos meos dominus de medio mei, vocauit a duersum  
me tēpus, vt cōtereret electos meos: Quāquā vbi rem propi<sup>9</sup>  
cōsidero, videt Luticia nō peccare nunc primū, sed iam olim  
ineptire, cū ecclesiastica doctrina humanis disputationibus  
viciata, philosophari coepit, Constat em̄ natā esse Lutecię pro-

A ij phanam

phanā illā scholasticen, quā theologiā vocari volunt, qua ad-  
missa nihil salui reliquū est ecclesiæ, Euangeliū obscuratū est  
fides extincta, recepta operū doctrina, & pro Christiano po-  
pulo, ne legis quidē sed moralium Aristotelis populus sum?  
& ex Christianismo contra omnem sensum spiritus, facta est  
quædā philosophica viuendi ratio, O vtinam contingat vo-  
bis spiritualibus oculis cernere, quid Ecclesiæ damni dederit  
vestra illa, apud vos & nata, et exculpta scholastica, quā a vobis  
acceperunt, quasi per manus reliqua Europæ gymnasia, O-  
portuit, n, idolis terram repleri, Et vel articuli vestri testātur,  
quā pertinaciter inde vsq; ab ortu scholasticæ philosophati  
sitis, in quibus quā pauci sunt qui ad pietatē per tūēt: Quo-  
rum enim hæc: Ego currit, esse absurdā orationem, & inter-  
esse, nescio quid, inter has orationes, Cuiuslibet hominis asi-  
nus currit, & Asinus cuiuslibet hominis currit, Dignā videli-  
cet Christiano gymnasio dogmata, Iam & palam decretū est  
philosophicas disciplinas esse ad pietatem necessarias, qui ar-  
ticulus a quo spiritu profectus sit nō videmus: nempe ab eo,  
qui Euāgelium obscurari voluit humanis disciplinis, Et hu-  
ic vt successerit conatus nō est obscurū, Nam quæ schola vsq;  
docuit pure sacras literas: Parisiaca vero cū hæcten<sup>9</sup> tot ānos  
philosophetur, his temporibus nō iā philosophatur, sed nu-  
gatur tantū de paruis logicalib<sup>9</sup>, Quid enim nugacius Ver-  
sore, Tartareto, & reliquis huius farine scriptoribus: quales  
hoc seculo pene innumerabiles tulit Lutetia, Vidi Iohannis  
Maioris cōmentarios (de moribus hominis nō iudico) in sē-  
rentias Longobardicas, quem nunc inter Lutetiæ Theolo-  
gos regnare aiunt, Bone deus, quæ plaustra nugarū: Quot  
paginis disputat, vtrum ad equitādū requiratur equus: nū  
salsum mare a deo conditū sit: vt interim preteream, quā mul-  
ta impia scripserit de volūtatis libertate, nā eo loco nō modo  
a scriptura, sed & ab omnib<sup>9</sup> pariter scholasticis variat, Et cū  
tales sint Parisi<sup>9</sup>, non est quod mireris lector, cur parum pro-  
picū sint Lutherō, Nihilo quondā æquiores erant Gersoni  
suo, viro per oīa magno, cum saniores essent Lutetiæ scholæ,  
Nunc

5  
Nunc quid fieret, cū omnia plena sunt Sophisticis fucis: Cō-  
pertū autē habeo esse ibi etiam, quibus nō displicet Lutherus  
sed ita cuenire solet non modo in sacris, sed & ciuilibus nego-  
cijs, maxime vero in sacris, vt & pauciores sint, qui boni sint,  
& plurimū possint, quos minime oportuit, Id quod vidit eti-  
am Homerus, quanquā cæcus, cum ait, peiora vincere, Quis  
nescit, n, in Capnionia caussa per quas laruas res acta sit, cum  
facultas etiā diceretur decreuisse, Septē, ni fallor ad summū,  
& in his monachi aliquot cōuenerant, quificut ipsi loquun-  
tur, representabant facultatem, Quid si idē hic accidit: Quā  
quā non refert qui decreuerint, quid decretū sit, consideran-  
dum est, Nec angelis Euangeliū viciantibus cedendum esse  
iubet Apostolus, Nos insullis istis, & bene pinguibus magi-  
stris nostris, qui ne sua quidē parua logicalia recte didicerūt,  
cedemus: Apostolū neq; potestates neq; principatus ab E-  
uangelio auellunt, Nos auellant hæ hominū larue: quid em̄  
sunt præter laruas: Valcat nomen magistrorū nostrorū, va-  
leat nomen Parisientium, sed in suis scholis, in re pnbli, Chri-  
stiana nihil valeat præter vocem Christi, quam qui nō audit,  
is Christi non est,

¶ Nō referebat admodū respondere, quādo præter nudas  
propositiones nihil opponitur Luthero, q sua sic vndiq; scrip-  
tura cōmunēt, in primis autē in libello, quē inscripsit Adserti-  
onē articulorum a Leone, X, dānatorum, vt impia iudicari,  
nisi ab impijs nō possint, Tamen indicare paucis libuit vnū  
aut alterū locum, ex quo æstimare reliqua, & iudicare de to-  
to decreto liberius possis,

¶ Principio, nisi alicuius cōducticij rhetoris ē Epistola, quā  
præfixerūt decreto ne egregie ineptijt, theolog⁹ ille q̄sq; est  
qui scripsit, quæ nihil præter muliebres quāsdā furias conti-  
net, Qualia, n, quæ so sunt: solus vult sapere, cōtēnit nos, Ma-  
nichæus est, Montanus ē, insanit, Coherceatur igni & flāma  
quod nō siuitira cōgrue dicere, Porro hic etiā vulgus cōmu-  
nem sensum in ista ficticia facultate desiderabit, q̄ igni pot⁹  
perdendum ait, quā ratione vincendum esse Lutherū, Quis

A iij nō rideat

nō rideat hic muliebrē, & plane monachalē impotentia, et cū supportatione liceat mihi monere spectabilem dñm Decanū Parcatis dñe Decane, vos estis iā iratus, Nū ignoratis, qđ ait Poeta, Furor, ira qđ mentē præcipitat, Nusq̄ per gratias licin-  
 eptierūt vel Colonieñ, vel Louanieñ, vt ppemodū credā nō dīno temere dictū eē a qbusdā veterib⁹, cerebro gallos carere

■ Accusant hæreseos Lutherū, nō qđ a scriptura, sed qđ ab vniuersitatib⁹, S, patrib⁹, Cōcilij⁹ dissētiat, Dein de prima prin-  
 cipia fidei vocāt Vniuersitatū, S, patrū, Conciliorū sentētias, Hic ego vestris etiā decretis, si res ē obscura, vobiscū agere pos-  
 sem, Quid autē manifestius est, qđ nec vniuersitates nec, S, pa-  
 tres, nec cōcilia posse articulos fidei cōdere, qñ qđ fieri po-  
 test, vt errent nō mō Vniuersitates, sed & S, patres & Cōcilia  
 qđ si mihi nō creditis, Occhamo saltē vestro credite, Ecqđ igitur  
 principia fidei vocatis hominū opiniōes? Quis ignorat a Paulo dictū esse fundamētū aliud poni nō posse, p̄ter id qđ  
 positū ē, loquit, n, de doctrina, Ecquos novos articulos fidei  
 Magistri n̄ri Parilienses addēt: nisi suos illos fortasse rācidos  
 et in popinis natos articulos: Iā cū articuli fidei nulli sūt, nisi  
 q̄s præscripserūt sacræ literæ, cur impiū est vel a Cōcilij⁹, v̄ ab  
 Vniuersitatib⁹, vel a, S, patrib⁹ dissentire, mō a scriptura non  
 dissentiam⁹, At nū dissentit a scriptura Luther⁹ etiā vestro iu-  
 dicio, cur igitur impietatis accusat⁹? At dissētit a scripturæ ex-  
 positione, qđ hacten⁹ per patres, per Cōcilia, per scholas recep-  
 ta est, Hæc est, vt video, cōtrouersie summa, Hic ego Magistri  
 n̄ri, interrogo, ita nesit p̄dita scriptura, vt sine Cōciliorū, pa-  
 trū, ac scholarū expositione, certa eius sentētia colligi possit,  
 an nō? Quod si negabitis, certā per sese scripturæ sentētia eē,  
 sine glossis, nō video cur oportuerit edi scripturā, si noluit spi-  
 ritus sanct⁹ certo constare, qđ nos sentire vellet, At cur oīno  
 nos ad scripturæ studiū inuitāt Apostoli, si incerta est eius se-  
 tētia? Quid qđ eatenus sibi credi patres volūt, quatenus per  
 testimonia scripturæ sua cōmunierūt: Quid quod etiā vete-  
 ra concilia sine scriptura nihil decreuerunt, & hac ratione in-  
 ter cōcilia vera & falsa discernim⁹, qđ hæc cū scriptura euidēte  
 consentiunt

7  
cōsentitūt, illa a scriptura diffētūt, Proinde dabitīs mihi cer,  
tā eē scripturę sentētīā ac perspicuā, ita vt ipsa, si q̄s alicubi lo-  
cus est obscurior, sese exponat, p̄sertim in h̄s, quę sciri crediq̄  
voluit s̄ctus spirit⁹, Voluit aut̄ haud dubie legē cognosci, vt  
quā iubebat etiā æ diū vestibulis inscribi, & in sculpi vestium  
fimbrijs, Voluit itē cognosci Euāgelīū, hoc ē rationē iustitię  
donatę per Christū, Nā cū debeat esse petra, verbū dei, cui in  
nitat̄ anima, quā so q̄d sentiet de eo, nisi certū sit, q̄ sit senten-  
tia sp̄s dei, Iā cū certa sit scripturę sentētīa per sese, debet pre-  
ferri nō modo scholis aut patrib⁹, sed & cōcilij⁹ diuersum sen-  
tiētibus, Apostolo ad Galatas auctore, Si angelus de cęlo e-  
uāgelizet, pręter q̄p̄ qd̄ euāgelizauimus vobis anathema sit  
Liceat igit̄ Luthero opponere certā scripturę sentētīā cōci-  
lij⁹, patrib⁹ & scholis, Quid hic Sophistę respōdebitis: quas  
hic nobis glossas: q̄ parua logicalia: q̄s obligatiōes cōminis-  
cemini: Aut negate certā eē scripturę sentētīā, aut permittite  
Luthero opponere scripturā q̄busuis diuersum sentiētibus

¶ Iā ne hoc permittemus vobis, aduersari vel patrib⁹, vel  
concilij⁹ Lutherū, Et, vt de patrib⁹ primū loquar, an non Lu-  
theri de libero arbitrio, de gr̄a, si recte rē æstimes, sentētīa to-  
ta Augustini est, Et hūc per oīa secutus ē in cōmētario ad Ga-  
latas, extāt vtriusq̄ cōmentarij, q̄s si cōferas, videbis cōuenire  
inter eos de rerū sūma, Extrāt Augustini libri aduersus Pe-  
lagianos, q̄s ille iā nutu grandior scripsit, eos si cōtuleris, cū  
Lutheranis dogmatis, videbis de summa rei cōuenire, Forta-  
ssis alter alicubi q̄ddā dixit argutius, & multa Luther⁹ diligē-  
tius (rūp̄te vos interim magistr̄i n̄ri) quā Augusti, Sed hoc  
ad rei summā nō ita multū facit, Ecce ī primario loco adeo q̄  
in eo, in q̄ potissimū regnat Luther⁹, habet eiusdē farine Aug-  
ust, & patronū minime vulgare, habet itē sue sentētīę testes  
quotq̄t in ea disputatiōe Aug, suffragant̄, Suffragat̄ aut̄ Cy-  
pria, nā illius enarratiōē in orationē dñicā fideliter citat Su-  
ffragant̄ & q̄ post Aug, scripsere, Auctor libelli de vocatiōe  
gētū, nā Ambrosij nō videt̄ eē, Maxeti⁹ apud grecos, Porro  
ex Aug, libris eos recipim⁹, q̄s ipse potissimum p̄bari voluit,

Atq̄ hęc



Atq; hæc ideo recenseo, nō q; magni putem referre qd scrip-  
tores senserint, quicunq; tandē sunt, qñ de scripturæ senten-  
tia cōstat, sed vt satis faciā morosis, qui putant nouasse oīa Lu-  
therum, cū is aliud nō egerit, quā vt reuocaret nos ad scriptu-  
rā, adeoq; ad patres etiā, qui ad scripturæ sensum proxime ad-  
cesserunt, Vos quid agitis: nū aliud, quā vt in Scoti formalit-  
atibus, in Occhami cōnotatis grandescant potius quam in  
Christo, Christianorū animi, Nec alter ex oriēti Euāgelij lu-  
ci (audite Sophistæ, non intellecturi) aduersamini, atq; Mosi  
lamnes ac Mambres, Quorū posteritas est Sorbonæ familia,  
nēpe ex illa Sorbonitide /Egyptiaca, pgnata, Porro qua fide  
aliquoties citaueris aduersus Lutherū Augustini sentētias  
paulo post monebo, iam & præter locū de libero arbitrio &  
gratia, veterum est, quod nō vult distingui Lutherus legem  
in consilia & præcepta, Quod cōmentū soli scholasticæ theo-  
logiæ debemus, quæ vbi cœpit diuinā legē ad philosophiam  
Aristotelis exigere, pro libidine refixit, quas voluit leges dei  
Quis, n, veterū nō pro necessarijs legib<sup>9</sup> habuit, ea quæ sanc-  
ta sunt de nō vindicādo, Hilarius, EXIGVNT, inquit Euan-  
gelia vlciscendæ iniurię dissimulationē, Augustin<sup>9</sup> in sermo-  
ne domini in mōte, præcepta vocat, quæ isti consilia, atq; ita  
disputat, vt necessariā esse legem de non vindicādo adpare-  
at, Et in hac sententia est Chrysostomus, qui tantum abest vt  
vindicare permitrat, vt non aliā legem exigat pertinacius, Ex  
tatillius Omelia, quā silicet vobis p parua logicalia Magistri  
nostri, relegite, Quod cū Aristotelis philosophia nō cōuenit  
lex, non laboramus, Quid em̄ ad nos quid ille impurus ho-  
mo cōmentus sit: Nū Christo pluris Aristotelem faciemus?  
Sed de hac lege infra paulo plura disserem<sup>9</sup>, In plerisq; locis  
alijs idem ostendi potest, conuenire Luthero cum veteribus,  
Sed cū ex sententiā de libero arbitrio et gratia, fere colligi po-  
ssint, quæ de contritione, & satisfactione scripsit Lutherus,  
quid arctinet multis patrum testimonijs agere, nisi quod in  
meridie lucernam,

¶ Sunt aut̄ quædam in Lutheranis, quæ in patrū scriptis  
non facile

9  
non facile reperias, qualia sunt quæ de sacramentorū nūero, de confessione, de votis, deq̄ similibus temporum nostrorū caussis prodidit, Non enim illorū temporum ratio ferebat, & adhuc purior erat Christianism⁹, vt de paucioribus, quā nunc dubitaretur, Nondum habuerat ea ætas Pontificū tyrannicas leges, nondū habuerat Magistros nostros Parisienses, a deo q̄ articulos Parisienses, qui Euāgelīū a deo obscurassent, Fortasse meridiē erat Euāgelīj, nunc vesp̄ est, & vna cum peccatis nostris, etiam cæcitas, peccatorū nostrorū atrocissima pœna, mentes occupauit, quæ pro Euangelio humanas doctrinas, Sorbonę Theologiā suggessit, Eam pœnā his temporib⁹ an non vbiq̄ interminat̄ spirit⁹ domini in prophetis: Et Paulus ait fore qui a fide discedāt, qui corrumpāt humanis doctrinis Euangelium, & hoc genus multa, hi, nisi sunt Sorbonę theologi, non intelligo quid velit Apostolus

¶ Vides lector cōuenire magna ex parte Luthero cū Theologis veterib⁹, Quāto iustius igitur in magistros nostros Parisienses retorserimus: ineptire eos, qui theologiā nobis prescribunt, ne per somniū quidē celeberrimis Ecclesię doctoribus cogitatā, Quod si impietas est refragari patribus, nemo magis impius est Parisiensib⁹ disputatorib⁹, qui in principalibus Theologiæ locis, velut ex diametro cū patrib⁹ pugnat Bona patrū pars, peccatū vocat & vitium, quidquid sine spiritu Christi sit, Hi non modo non peccatū, sed & meritū cōgruicent esse moralia quædā, sic loquūtur, opera, O cæcitate, Bona patrū pars negat posse legē fieri ab homine per vires humanas, hi distinguunt, Audilector Parisienses blasphemias, posse legē fieri, quo ad operū substantiā, nō posse, quo ad præcipientis intētionē, quasi vero præter substantiā operis, amplius aliquid requirat legislator, Vtinā mihi Parisienses ista corā vobiscū, in vestra illa Sorbona, dare cōmentari, vt viderē, num vos tam crassi, tam putidi, tam Sorbonici cōmenti puderet etiā, Vestra est illa Magistri nostri, nō Lutheri Theologia, quę a patrib⁹ dissentit, Ad vos Tragica ista vestra pertinet, impios esse, qui ab Ecclesię doctorib⁹ variāt,

¶ Ethactenus quidē de doctōrib⁹, Nunc concilia videam⁹,  
 Quibus tandē concilijs refragatur Lutherus: Videri vultis  
 Lutheri doctrinā veterum Concilijs damnatam, cum ex eo  
 Montanū, Manicheum, Hebionem, & quid non facitis, Hic  
 aut rhetoricari voluit Epistolæ auctor, aut nihil est Sorbona  
 Parisiensis tum malignius, tū impudentius, Veterum hæreti-  
 corū nomina quo consilio in Lutherū congeserint, quis est  
 qui non olfaciat, nempe quo odiosius Lutheri nomen fieret  
 Deinde id quā maligne factum sit, facile deprehendent etiā  
 mediocriter eruditi, Nam quod Mōtano confertur Luther⁹,  
 quis non videt, quā non fiat candide, Sibi credi volebat Mō-  
 tanus, & fidebat suo quodā spiritu, Lutherus nihil vult sibi  
 credi, sed euidēti & perspicuæ scripturæ, Nihil de suo spiritu,  
 sed de scriptura iactat, Quāto propius ad Mōtanū vos adce-  
 ditis, qui vultis vt spiritui hominum, conciliorum, patrum,  
 & vniuersitatū credamus, potius quā scripturæ, Immo nihil  
 nisi Mōtani estis, vos Parisienses Sophistas volo, qui hoc de-  
 cretum sine scripturis edidistis, iactatisq; vos fidere Apostoli-  
 co more, quasi constet eundem esse spiritum vobis, qui Apo-  
 stolis erat, Sed de his postea,

¶ Quæso te Christiane lector, nūquid putes esse Christia-  
 ni spiritus in Sorbona illa, quā adeo nihil pudet mentiri, Nā  
 cum palam sit ipsum Sorbonæ nihil cōuenire inter Monta-  
 num, & Lutherum, audet tamē Montani nomine optimum  
 virum infamare, Jam & Ebionem ex eo fecit, nihilo vel cādī-  
 dius, vel cautius, Exigebat Ebion ceremonias, leges, Luther⁹  
 non exigit, sed liberas esse permittit, vt quiuis pro oportuni-  
 tate, accaritatis officio se attemperet vel inseruiat legi, vel ne-  
 gligat citra culpā. Nam ita sentiebat & Paulus in vltimo ad  
 Galatas capite exequās ceremonias, ritusq; In Christo Iesu  
 neq; circūcisio aliquid valet, neq; præputiū, sed noua creatu-  
 ra, Et in prima ad Corin, vii, Circūcisus aliquis vocatus est,  
 nō adducat præputiū, id est, si inter legis obseruantēs vocat⁹  
 es, inserui eorū cōsuetudini, In præputio aut aliquis vocatus  
 est, nō

est, non circumcidat, Circumsio nihil est, & preputiū nihil est,  
sed obseruatio mādatorū dei, &c, Satis, opinor, perspicuū est  
quid inter vtrancq; sentētiā interlit, satis etiā puto liquere, q̄  
cādidē Lutheri sentētiā ad Ebionis hāresin detorserint, Ei<sup>9</sup>  
modi est itē, quod Manicheū nomē tribuūt Luthero, idē Au  
gustino Pelagianī tribuebāt, sicut ipse testat in primo libro  
aduersus duas Pelagianorū epistolas, in capite secūdo, sic, n,  
distinguit scriba q̄spiā, Nō pudebit Lutherū ei<sup>9</sup> cōuicij, si qdē  
cū Augustino cōmune habet, q̄ non habuit Manichea factio  
vehementiorē hostē, Pelagianī, immo Pelagianis impurio  
res sunt scholasticæ theologiæ scriptores, quare nō est, quod  
miremur cur Manicheū voceris Lutherū, q̄ præter scholasti  
ca, hoc ē, bis Pelagiana nihil sapitis, Et Augustin<sup>9</sup> vt excuset  
Manicheū nomē, non est obscurū ex Apologia aduersus Pe  
lagianorum Epistolas, Atq; eo loco de seruitute voluntatis  
apertius differere videtur, quā vbi cum Fœlice Manicheo dis  
ceptat, Patrocīnabitur idē si recipitis, & nobis, Quod si adeo  
cæci sunt Magistri Parisiēses, vt serio arbitrent nihil interesse  
inter Lutheri ac Manichei sentētiās, quid, quæso hoc homi  
nū genere cæcius est: Rursum si per maliciam tribuunt, quæ  
ad eū nihil pertinere intellegūt, quid malignius: Est autē Ma  
nichea sentētia prolixior, quā quæ hic recēseri debeat, q̄ toto  
doctrinæ genere dissentiat a Christianis dogmatis, si qd Au  
gustino illius dogmata passim recēsentī credit, Et, qd ad hāc  
causam adtinet, sic Manicheus negabat humanæ volūtati li  
bertatē, vt negaret eē substantiā, quæ renouaret adeo q̄ liber  
tatis capacē, Lutherus ita negat libertatē, vt esse censeat sub  
stantiā, quæ dū per spiritū renouat, a seruitute adserit, Ex his  
facito lector de reliquis cōiecturā, Nā qua fide hæc quæ cōme  
morauī ad Lutherū detorta sunt, eadē & pleraq; alia, Redeo  
nūc eo vnde digressus sum, Palā est veterū cōcilij non esse re  
probatā Lutheri doctrinam, siquidē ei vsq; adeo nihil cum  
hæreticis cōuenit, Quanquam hoc etiā loco cōsiderandū  
erat, vt maxime cōueniret cum illis Luthero, quid, qua  
ratione in singulis factionibus hæreticorum damnatum sit,

B ij namque

12  
nam quæ tã deplorata fuit hæresis, quæ nulla in re nõ peccarit: Iam hæc omnia, ita scribo, non q̄ velim eam etiam præscis synodis auctoritatẽ esse, vt, si opponat euidentem scripturã Lutherus cuicumq; Synodo, de scriptura credendũ sit, sed vt moneam lectorem quantum tragicis illis Magistrorũ Pariensium vocibus credendũ sit, Lutherus damnat omnia concilia, sanctos patres, Montanus est, Ebion est, Manichæus est, Artotyrita est, & hoc genus alijs,

¶ Fuerunt autẽ Papiistica concilia aliquot intra hoc tempus regni Antichristi Romani, his refragari se fatetur Lutherus sed præeunte scriptura euidenti, Et cur nõ refragaretur? qñ in illis tam multa impia aduersus Euangeliũ cõstituta sunt, Claves Ecclesiæ esse omnibus cõmunes negat Viennẽse Cõcilium, Ecclesiam esse prædestinatorũ vniuersitatẽ, negat Cõstantiensis Synodus, Eadẽ decreuit esse quædã bona opera præter gratiam, quæ sententiæ ex diametro pugnant cũ Euãgelio, Aduersetur igitur cõcilijs Lutherus Christo duce, aduersus quẽ qui decreuerũt, nõ erãt Christi ecclesia sed Antichristi, Nihil ne peccauerũt ex synodi Lugdunẽsis credo & Viennensis, quæ Pontificũ Epistolas adprobarunt: in quib, vel cap, ad abolendã, Item p̄ Venerabilem quis ferat? Quid est igitur quod cõcilia iactatis Sorbonæ Theologi, nihil nisi Sorba, Negare non potestis, quin aduersum scripturã nihil liceat constirui, & reuelli posse, si quid contra illã sit decretũ, permittite igitur Luthero cõciliorũ decreta ad Euãgeliũ exigere, permittite præferre Euãgeliũ, si quid diuersum constitutũ est, Verbo dei etiã angelos cedere par est, cedant & portæ inferorũ, cedant homunculi, quibus constitutiones Papisticas debemus,

¶ De Vniuersitatibus non est quod laboremus, nam oēs scholas esse hæreticas vel Theologia scholastica coarguit, Hic cõclamate Magistri nostri, Blasphemauit, Gymnasia hæreseos accusat, Recte, sicubi profitent, quæ ab Euãgelio dissentunt, & dissentit Parisiorum scholastice, quæ iam sola in omnib⁹ fere Europæ scholis regnat, ac Lutere potissimũ, Proinde

indenihilē,quod mireris lector,cur Academ̄s aduerſet Ln  
 therus,domib⁹ mendac̄,vt Micheas appellat, Sed quis cre  
 dat,inquies tot errare:Errant quotq̄t diuerſum a ſcriptura  
 docent,quotquot illam impiā ſcholasticen probant,Sed tam  
 multū maxime,Nā in Samaria intet quā multos ſacerdotes  
 Baal,quā paucierāt Helia,Propone oculis vniuerſum tum  
 Iuda,tū Samariæ historiā,in qua præluſum eſt Eccleſiæ,quā  
 paucos pphetas,quā multos Idolatras,& poſtremo tēpore  
 quantū Zaddiceorū & phariſeorū,hoc ē,ſacerdotū,ac mona  
 chorū & ſcholasticorū reperias,Nū obſcurū eſt,quod ab Eze  
 chiele propheta dictū eſt Sicut mater,ita & filia,Imitati ſum⁹  
 immovicimus oīa Synagogæ portenta,vt præ nobis etiam  
 illa piā videri poſſit,vt prophetæ ſermone vtar,

¶ Intelligis opinor,quantū Luthero cū patrib⁹,ac cōcilij⁹  
 cōueniat,cū ſcholis religio vetat cōuenire,Nunc cōſidera qd  
 ſapiāt Sorba iſta,cū principia fidei vocāt patres,Synodos &  
 ſcholas,quanquā, niſi nihil video,nō hoc dolet,q̄ patrib⁹ &  
 Synodis cōtradicitur,ſed q̄ ſcholastica parū digne tractatur  
 Hæc illa Helena eſt,pro qua decertant Magiſtri noſtri,Ecqd  
 nō ita ſcribebatis in illa veſtra plane Sorbonica p̄ſatiōe,Nos  
 ſumus Magiſtri noſtri,& profiteſcemur ſcholasticā theologiā,  
 nihil neq; nobis cū ſcriptura,neq; ſcripturæ nobiſcū,Actū ē  
 de regno noſtro,niſi e Synagoga eiecerim⁹,qui ſcholasticen  
 non recipiunt,oīa nobis mouenda,miſcēdaq; ſunt,ne cadat  
 ſcholastice,qnæ niſi ſalua ſit,nos perierimus,Eſto cū ſcriptu  
 ra,cū veteribus patribus,cū veterū ſynodis cōueniat Luth  
 ero,pereat,niſi reiectis illis,nos adoret,Principia fidei nos ſu  
 mus,nō ſcriptura,neq; vero pugnandū eſt ratiōe cū homine  
 illo,nēpe principia,hoc eſt Magiſtrorū noſtrorū Sorbonico  
 rū ſomnia,negate,Vapulet,pereat,quia negat prima princi  
 pia,Demētia erat vocare fidei principia Synodos & patres,  
 q̄n fundamentum aliud præter ſcripturā poni nō poteſt,At  
 inſolens furor eſt,Sorbonicorū cōmenta ſcripturę âteferre,  
 Hæreticus nō ſit,q̄ a ſcriptura diſſentit,ſi hæreticus q̄ diſſen  
 tit a Sorbis gallicis,Sed valeāt ineptiq; quid,n,attinet in re tū

B in manifesta

rent ecclesia **SERMONE COPIOSO**, Nūc Ecclesiæ sermo  
 nē, nō dogmata requirunt, Et Petrus vult Christianos para-  
 tos esse, reddererationē fidei suæ, Id nunc orbis terrarū vos  
 quocq; Magistri nostri postulat, Iam ante palā erat in scholis  
 quid sentiret Lutecia, Extant, n, vestri cōmētarij, extant scho-  
 lasticæ disputationes, Nūc ratio illius vestræ doctrinæ quærit  
 Nā articulos illos aduersus Lutherū vel in media Germania  
 potuisset puer aliquis e Gabriele, aut Scoto sublegere, A deo  
 nō est oblcurū qd sentiat Lutecia, sed oblcurū est, cur ita sen-  
 tiat, Rationē vestræ doctrinæ poscit Lutherus, nō dogmata,  
 nēpe, quæ nisi nō esset nō dānaret, Atq; vt inā ad cor redeatis,  
 cogitetisq; de maiorib; rebus a Luthero agi, quā de quibus  
 v; Parisiæ scholę, vel Luthero citra scripturę testimoniū cre-  
 di debeat, aut possit, Qui Luthero fauēt; ideo fauent quia re-  
 iectis hominū cōmētis vidēt aliud nō docere, quā qd ipsæ p-  
 di derunt sacræ literæ, h; dē nobis credēt, si cōuenire intelligēt  
 cū scriptura, quia Christiū requirunt; tū a Luthero, tum a vo-  
 bis, Arbitramini vos habere vasa canticis sicut David, sic, n, p-  
 pheta loquitur, sed vobis tantū, idq; intus, canitis, Lutherus  
 canticū suū, hoc est doctrinā adprobat toti orbi Christiano  
 per scripturę suffragia, Nihil ista ad christianos, Magistri no-  
 stri sumus, Parisiēses sumus, Sorbonici sumus, Parentes om-  
 niū diatribarū sumus, Nā vana nomina sunt, ad quæ iā pene  
 obsurdit Germania, Proinde horror, vt si impietatis notā ex-  
 cufare vultis, rationē vestri de Luthero iudicij exponatis, Cō-  
 ferte, cū Lutheranis nō dogmata sed argumēta dogmatū ve-  
 strorū, nisi Christiani haberi non vultis, Declarate aliquñ quo  
 spiritu a Sorbonicis Apostolis dānatus sit Lutherus, Id non  
 modo nunc expectat Christianus orbis, sed & postulat iure  
 Christiani officij, vt doceatis, quid, cur, damnaueritis,

¶ Et vt finiam aliquñ, in vno atq; altero loco visum est osten-  
 dere quæ in sciticia sacrarū rerū, quæ impietas sit Sorbone, Nā  
 in de facile reliqua æstimari poterunt, Lutherus sic de libero  
 arbitrio scripsit, nō posse illud citra gratiā aliud quā peccare  
 Nota res est & plana si scripturā cōsideres, Sic, n, ait Apostol<sup>9</sup>  
 Paulus,

Paulus, Adfect<sup>o</sup> carnis inimicitia ē aduersus deū, Legi, n, dei nō ē subdit<sup>o</sup>, neq; n, subdi potest, Qui in carne sunt, deo placere nō possunt, Et Io, i, Qui nō ex sanguinib<sup>o</sup>, neq; ex volū- tate carnis, neq; ex volū- tate viri, sed ex deo nati sunt & scrip- turā secut<sup>o</sup> Aug, idē agit aduersus Pelagianos, hoc ē, Sorbo- nicos Sophistas, nō vno loco, Hic Sorba ista dissimulāt scrip- turā & Augustinū excusant Sorbonico cōmēto, in quo solo deprehēdes cæcitatē Sorbonicā, Quod si vnq; dubitatū est in quo genere literarū aut artū versaret Lutetia, id nunc de- claret hic loc<sup>o</sup>, in quo palā adparet, in tota ista Sorbonica fa- cultate neminē esse qui Augustinū attigerit, In ipsa scriptu- ra qd possint facile æstimari potest, qñ ne August, quidē vul- garē alioqui inter theologos scriptorē viderit, O theologos, o Sorbonā, Augustinus, inquiūt, cū de gratia disputat, non possit liberū arbitriū bene operari citra gratiā, non de gratū faciente gratia loquitur, Cæcitas cæcitatē & oīa cæcitas,

¶ De qua tandē gratia vir ille differit: cū toties in vocabu- lo gratiæ variasse Pelagiū scribit, testat se exigere gratiā iusti- ficatē, seu spiritū sanctū diffusum in corda iustificatoꝝ, Do- na naturæ palā reñcit, speciale auxiliū Sorbonicū ignorat, q potest igit nō de gratia iustificatē loqui: Et vt rē ipsam æsti- mem<sup>o</sup>, quæso vos Sorba Sorbonica, vnde gratiā gratū faciē- tē nominastis: an nō inde, q sola deo cōciliat, qd cū ita sit, cur sine gratia gratū faciēte deo aliquid acceptū eē fingitis, Pug- nāt inter se verba, & dogmata vestra, Nomen gratū facientis gratiæ recipitis, vim vocabuli nō recipitis, Sed videamus in quā partē vsus sit August, nomine gratiæ, Possē eius totū librū de spir itū & litera adscribere, qñ nulla pagina ē in qua nō fiat gratiæ mētio, Sed hec sunt eius verba in ca, iiii, de spi- ritu & litera, Sed vbi sanct<sup>o</sup> nō adiuuat spiritus, inspirās pro cōcupiscētia mala, cōcupiscētia bonā, hoc est, caritatē diffū- dēs in cordib<sup>o</sup> nostris, pfecto lex illa, Nō cōcupisces, quāuis bona, auget phibendo desiderīū malū, Hic de qua gratia lo- quit cū palā dicat, nō possenisi peccari sine gratia, Nōne vo- car gratiam, caritatē spiritus sancti diffusam in corda nostra

Et vos



Et vos Sorbonici q̄d aliud vocatis gratiā, quā caritatē: Sinite  
 queſo impetrari a vobis vt Auguſt, nō dico relegatis, ſed in-  
 ſpiciatis tātū, Nā errorē veſtrū nulla pagina ē, q̄ nō coarguat  
 In capite nono de gratia loquentē inducit Apoſtolū, cū ait,  
 Iuſticia dei per fidē Ieſu Chriſti, in oēs q̄ credūt, Hęc ad gra-  
 tuita dona nature, aut ad ſpeciale auxiliū detorqueri poſſūt.  
 O vos rudes & vere Sorbonici magiſtri n̄ri, q̄s deinceps cre-  
 det vobis v̄ſ oculos, vel mentē, vel cerebrū eſſe, q̄ in tā clara lu-  
 ce, tā nihil obſcure cæcucitis & hallucinamini, Ego hic p̄ gra-  
 tias nihil ſic miror, atq̄ in tota iſta ſorbonica facultate nemi-  
 nē fuiſſe, cui Auguſtini ſententia cōper ta fuerit, & vel hoc ar-  
 gumēto ē, ab vno atq̄ altero ſophiſta editū libellum nomine

¶ Nec maiore fide de Ambroſij ſentē. (facultatis emētio,  
 tia iudicāt Gallica iſta ſorba, cū cōſtet in tota diſputatiōe hoc  
 agere auctorē libelli, quiſq̄s eſt, de vocatione gentiū, peccata  
 eſſe, q̄ citra gratiā fiunt, Et declarans de qua gratia loquat, in  
 ter alia teſtimonia hoc quoq̄ p̄ducit, qd̄ & in epiſtola ad He-  
 breos ex Hieremia citatū eſt, Dabo leges meas in viſcerib⁹ eo-  
 rū, & in corde eorū ſcribā eā, q̄ tantum abeſt, vt vel ad ſpeciale  
 auxiliū Sorbonicū vel ad dona gratuita detorqueri poſſit vt  
 gratiā per Chriſtū donatā, quā vos gratum facientē vocatis,  
 vix alius ſcripture locus accomodatius deſcribat,

¶ Num adhuc obſcurū eſt & quomō citarit Auguſt, ac Am-  
 broſiū Luther⁹, & qd̄ Sorbona ſapiat, quā hic animaduerti-  
 m⁹ tā crasse errare, vt ne crassius vn̄ q̄ Louanieñ, aut Coloni-  
 eñ ineptierint, O inſœlicē Galliā cui tales cōtigere cēſores ſa-  
 crarūq̄ rerū arbitri, digniores q̄ cloacas agāt, quā q̄ ſacras li-

¶ Ex hac ſentētia de libero arbitrio, conſe. (teras tractēt,  
 quūtur q̄ de cōtritiōe adeoq̄ in vniuerſū de pœnitētia ſcrip-  
 ſit Luther⁹, Et o miſeros nos q̄ iā a quadringēſifere ānis ne-  
 minē habuim⁹ in eccleſia ſcriptorē, q̄ rectā ac p̄priā pœniten-  
 tiæ formā p̄didiffet, Impoſitū eſt alijs per fictitias cōtritiōes,  
 aliorum cōſcientiæ ſunt excarnificatę per ſatis factiōes, Nunc  
 tandē dei miſericordia reſpexit nos, reuelauitq̄ euāgeliū po-  
 pulo ſuo, & crexit cōſcientias eorū q̄s vocauit, Si queris qd̄ cō-  
 rulerit

tulerit ecclesie Luther<sup>o</sup>, habes hic summam rei, vera poenitentie ratione docuit, vsum ite sacramentorum ostendit, qua in re testes multorum consciencias habeo, Non volo autem hic de poenitentia formis aut sacramentis disputare, quoniam sorba ista dantur ut tantum Lutherum, non etiam vicerunt ratione vel scriptura, Statque veritas Lutherana doctrinae incossilla & immobilis non modo aduersus Sorba ista, sed etiam aduersus rectores tenebrarum, Vbi oppugnabunt scripturam seientiam, ea que docuit Lutherus nihil contabimur tueri, Nam hac Lutheri doctrina de poenitentia, nec ex meo, nec fidelium vllorum corde extorquetur vlla vis inferorum, nedum sorbonica aut

De lege & concilio quod attinet iterum monere, (papistica, cum supra ostenderim plane hac parte convenire Lutherum cum veteribus, Tamen ut videas quomodo foriter dispenserent de lege diuina sorbonici sophistae, libuit ad eum locum veluti postliminio redire, Lex autem iuris de non vindicando est nimium oneratiua legis Christianae, O impios sophistas, quod onus legis ab Aristotelica philosophia assummat An non onus est nature, lex de non concupiscendo, est igitur abroganda secundum sorbonicos sophistas, Oneris lex est, de diligendo solo deo, est igitur abroganda, O insanos, o impios homines, ad vos pertinet quod dictum est, Qui soluerit vnum de minimis mandatis, minimus erit in regno caelorum, Et cur non idem cogitabatis cum de satisfactionibus precipere, Nunc ille non sunt oneri afflictæ per sese consciencie, sed & noua onera comminiscimini, & ea que diuinitus imposita sunt abrogatis, Sic decet vos implere propheticas scripturas, Confirmare impium & contristare cor iusti, Atque ut omnis multis breuiter doceam exigi ne vindicemus, non consuli, Locum est apertum in, i, ad Cor, ca, vi, Iam quidem omnino delictum est, quod iudicia inter vos habetis, Quod si delictum est repetere rem iudicio, non dubium est quin exigat lex, ne vindicemus,

Hac monere te Christiane lector volui, ne a Lutherana doctrina absterret sorbone auctoritas, que quod sapiat, ex vno atque altero loco hinc cognosci, Et ex his quos adnotauimus, reliqua assumabis, Est, in, sui filius sorbona, Xpm inter fabros citius quam in istogone reperias, Tuum est interim vna mecum postulare Lutheram rationem sui iudicij, quam ubi ediderit, de nostris nos quoque copiosius disse-

remus, VALE, VVITTEMBERGÆ, Et vos

[The page contains a large block of extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side. The text is oriented vertically and is too light to transcribe accurately.]

